



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

13. Quid superfluum sit in Canone

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

rum communionem ipsum referamus.
Nimis autem temerariū videtur, vt nos aliqua Canoni ad nostrum libitum adiectam, nisi quę à sanctis patribus adiecta

Soli Pontifices ad Canone aliquid addidisse leguntur.

vel adijcienda esse cognouimus, pricipue
cū inter ipsos sanctos patres nulli aliquid
adieciisse legantur, nisi qui, & Apostolica
auctoritate prædicti hoc facere potuerū.
Optimum ergo videtur, vt in hac causa
terminos nostrorum patrum non exce-
damus, nec nos Apostolicæ auctoritatis
reos efficiamus, si quod soli Apostolicae
auctoritati competit Canonem nostris
interpositionibus augmentare præsu-
mamus.

2 conuenit

Quid superfluum sit in Canone,

C A P. XIII.

Certè particu-
las Canonis
quas hic super-
fluas facit Inno-
centius 36. suo
tempore agno-
scit ac interpre-
tatur, Annota-
uit etiam Ra-
dulphus de Ri-
uo, non posse
nunc illas omit-
ti sine scandalo.

I N T E R P O N E R E enim solent qui-
dam ibi suas orationes, vbi dicitur, Me-
m̄to Domine famulorū famularumq;
& ante cōmemorationem defunctorū.
Item post nomē Domini Papę siue pro-
prij episcopi, adiiciunt: Et omnibus or-
thodoxis Catholicæ & Apostolicæ fidei
cultoribus, sed superfluo. Nam ordo sta-

tim in sequenti versu, vbi dicitur : Me-
mento domine famulorum famularum-
que, nobis cōcedit, vt omnium viuorum
commemoremus, quoscunq; volueri-
mus. Item post pauca addunt Pro quibus
tibi offerimus, cùm in antiquioribus &
veracioribus sacramentarijs, non nisi sub
tertia persona offerentes ^{1 scriptis} ibi reperian-
tur. Item ibi : Vnde & memores nos tui
serui, nativitatem domini commemo-
rant, cùm iuxta Apostolum in eiusmodi
sacrificio, non Nativitatem Domini, sed <sup>Mors Christi,
nō nativitas in
hoc sacrificio
cōmemoratur.</sup>
mortem eius annuciare debeamus. Vn-
de & sanctus Ambrosius, in libro sacra-
mentorum: Quotiescunque, inquit, of-
fertur sacrificium, mors Domini, resur-<sup>Vide Ambr. li;
4. de Sacramen-
tis c. 6</sup>
rectio domini, ascensio domini signifi-
catur. Quod & sanctus Augustinus sua
attestatione confirmat. Quapropter &
nos ibi tantum ^{2 passionem} passionis, resurrectionis
& ascensionis commemoramus. Hæc er-<sup>resurrectionē
& ascensionē</sup>
go omnia quæ nos adiectua notauiimus,
ille proculdubio superflua & eradenda
iudicabit, quicunque antiquiores & e-
mendatores sacramentarios diligenter
inspexerit. Sciendum est autem quod
Romana auctoritas nomina viuorum fi-

C 2 deliū

delium internumerare permittit, vbi dicitur, Memento Domine famulorum famularumque: similiter & defunctorum, vbi iterum dicitur, Memento

Sanctorum nomina in Canone non recitanda, nisi que antiquitus in eo descripta sunt.

4 quarumlibet

etiam & eorum nomina. Aliorum vero sanctorum nomina annumerare non debemus, nisi quos in Canone inuenimus antiquitus descriptos, excepto post Pater noster, in illa oratione, vbi iuxta ordinem

*quantumlibet

numerare possimus. Et hoc etiam notandum, quod personae praelatorum & subiectorum in Canone distinguntur. Vbi

enim domini Apostolici siue Episcopi nostri nomen assumimus, de praelatis age

re videmur.

De subiectis vero statim in sequenti versu vbi dicimus; Memento

Domine famulorum famularumque tua-

rum. Item illud: Hac igitur oblationem

seru de praelatis sonat. Nam quod sequi-

tur, Sed & cunctae familiæ tuæ, subiectos

videtur intimare. Vnde & Memores Do-

mine nos serui tui, de praelatis: Sed &

plebs tua sancta, de subiectis agere non

dubitatur.

De